

ad Chronicon Marmoreum.

185

jora mysteria mense Boedromione seu sub autumnum, Minora Anthesterione seu tempore verno peragi solebant. Et utriusque Festi tempestatum & nominum discriminis rationem à Solis ad æquinoctia accessu & recessu petit Julianus Imperator in Oratione, εἰς μητίεα τῆς Σεῶν, idque ac si mysteria utraq; utcunque nomine tenus Cererem & Proserpinam, revera tamen Solem ipsum, quem velut summum, ad Gentilitatis Theologiam, Deum colebant, primario respexissent. Τὸν ἰσημεριὸν κῆλον, inquit ille, ἡ Θεὸς ἀπὸ κατενείματος Τελείτου γὰρ καὶ τῆς Ζυγῶν Διοῦ καὶ Κόρη πᾶσι σμνά, καὶ ἀπὸ ῥήτα μυστήρια, καὶ τῆτο εἰκῶτως γινέσθαι. Χρὴ γὰρ καὶ ἀπόντι τῶ Θεῷ τελευτῆσαι πάλιν, ἵνα μηδὲν ὑπὸ τῆ ἀθέου καὶ σποτεινῆς δυσχερῆς πᾶσι δαμῶν ἐπικρατήσας διαύμεσθαι. Δις γοῦν Ἀθῆνῶσι τῆ Διοῦ τελοῦσι τὰ Μυστήρια· ἐν αὐτῷ μὲν Ἐκείνῳ, τὰ μικρὰ φασι μυστήρια· τὰ μεγάλα δὲ καὶ τὰς χηλῆς (τῆ Ζυγῶν potius legendum) ὄντῃ. Ἡλιε δὲ ἀσ ἐναρχῆς ἐφῆλυ αἰτίας. Μεγάλα δὲ ἀνόμασαι καὶ Μικρὰ νομίζω, καὶ ἄλλων ἐνεκα, μέγιστα δὲ, ὡς εἴησ τέτε ἀποχρωῦντῃ τῷ Θεῷ μᾶλλον ἢ τῶ ἀποσιόντῃ. Διότι ἐν τέτοις ὅσον εἰς ὑπὸ μνησιν μόνον ἀπὸ δὴ καὶ παρόντῃ τῷ σωτήρῃ καὶ ἀναρχῶν Θεῷ, τὰ προτέλεια κατεβάλλοντο τῆ πλετηῆς. Εἴτα Μικρὰ ὕστερον ἀρνεῖται Σωεχῆς καὶ τῆς ἱερῶν ἀρνεῖται. Ἀπόντῃ δὲ λοιπὸν τῷ Θεῷ πρὸς τῆ ἀντιχρῆσθαι ζῶντι καὶ φυλακῆς ἐνεκα καὶ σωτηρίας ἀπὸ τῷ κεφάλαιον ἐπιπλεῖται τῶ μυστηρίων. Orationem Juliani unde hoc descripsimus. Ms. mecum pridem communicavit, ut solet id genus alia, pro sua humanitate, vir doctrina & morum suavitate insignis Patricius Junius Bibliothecarius Regius; & de hoc loco me monuit. Integram Orationem cum duabus aliis Apostata nondum in lucem editis ante sexenium transmisit ad V. Cl. doctissimumque Dionysium Petavium qui eas publici juris facere pollicitus est. Seld.

Μεγαλὴ ποιήσεις. De Musæi hujus antiquissimi Poetæ carminibus omnibusque aliis illius nominis qui Poetæ fuerunt, legas Doctissimum Meursium Atticarum lectionum, lib. 2. c. 19.

Ἐρχιδέως τῷ Πανδίωντῃ. Erichtheum Pandionis cui successit filium fuisse tradit Apollodorus. Diodorus autem Siculus in loco supra citato eum non Atheniensem sed Ægyptium dicit fuisse.

Ep. 16. Ἀφ' ἧς ἡδῶντῃ πρῶτον ἐχέσθαι πρῶτον ἰαον .. εἰνί.....
... Διὸ βασιλεύοντῃ Ἀθηνῶν Πανδίωντῃ τῷ Κέκροπῃτῃ. Lustratio urbis quæ in Thargeliis seu 6 die Thargelionis quotannis celebrari solita est, forsân hic intelligenda. Urbem scilicet immolatis duobus viris, pro viris altero, altero pro sexu sequiori, februabant. Vide Harpocrationem in φάρμακῃ, Helladium apud Photium cod. CCLXXIX. pag. 1590. Joannem Tzetzem Chiliad, 5. cap. 23. & Chil. 8. cap. 239. Michaellem Apostolium Centuria 16. 3. & Suidam in ἀείψημα. Adde Meursii Articularum lectionum lib. 4. cap. 22. & Græciæ feriæ lib. 4. in Thargeliis: Festum ejusmodi mense Februario Romanis erat. Vide Pompeium in Februario. Et Februa victimis humanis peracta ex veteribus copiose narrat præstantissimus Vir Hugo Grotius in defensione Fidei Catholicæ. Victimæ autem humanas seu ἀνθρωποθυσίας plerunque sustulit Adrianus Imperator quod memorat Porphyrius lib. 2. καὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. Hactenus Seldenus. Sed huic Seldeni sententiæ opponit Palmerius temporis repugnantiam, urbis enim lustratio mense Thargelione celebrata non Pandione, sed Ægeo Athenis regnante ob pestem, quæ propter cædem Androgei immissa fuisse putabatur, a teste Helladio cœpit fieri; de lustratione igitur ob cædem facta illiusque ritibus primo Athenis institutis hic locus illi potius videtur interpretandus, pro qua opinione facit, quod syllaba υ, quæ relinquitur integra post primam Lacunam, in ea τῷ φόνῃ restituendum esse videtur innuere. Sed cum in præcedentibus & sequentibus de Panathenæo-

z Apollodor. lib. 3. z Apud Photium.